


Wa  
462





QK. 4, 15.

Wa  
462

AVSPICE

DEO. VNICE, SVMMO

PRO

SERENISSIMO, PRINCIPE, AC, DOMINO

DOMINO

CHRISTIANO, FRIDERICO

CAROLO, ALEXANDRO

MARCGRAFIO, BRANDENBVRGI, DVCE, PRVSSIAE

RELIQVA

CLEMENTISSIMO

PRIDIE, IDVS, MAIAS, MDCCCLXXXIII

MYSIS, CVRIANIS, VER. SACRVM, FACIENTIBVS

IN

PATREM, PATRIAE, OPTIMVM

QVOD, MERETVR

PIOS. PIE, CORROGAT

PAVLLVS, DANIEL, LONGOLIVS

DISQVIRENS

REFORMANDINE, HERMVNDVRI, IN, HERMANDVROS



CVRIAE, REGNITIANAE

EX, OFFICINA, HETSCHELIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)





## Index explicatorum,

- |                               |  |
|-------------------------------|--|
| §. I. <i>Manus</i> vnde?      | §. VII. Idemne seruatus?                 |
| §. II. An <i>Menas</i> ?      | §. VIII. An inde <i>Hermunduri</i> ?     |
| §. III. An indigena?          | §. VIII. An inde <i>Hermunduri</i> adop- |
| §. III. Quis in genere?       | tandi?                                   |
| §. V. Quis specie?            | §. X. Num <i>Hermunduri</i> sese tue-    |
| §. VI. Vnde <i>Germanus</i> ? | antur?                                   |

### §. I.

Quantum quidem disident a se in vicem, quibus celebra-  
tur 1.) gentis Germanicæ origo, in eius nomine, 2.)  
significatione 3.) et persona; 4.) tantum tamen conuenit inter  
eos eiusdem filius *Manus*, 5.) sane in nomine et significatione,  
si non in persona. 6.)

### §. II.

Quibus persuasum est, 1.) partem *Sueuorum* et *Isidi* 2.)  
sacri-

- 1.) Tacito de Morib. German. Cap. II. locum III. occupauit p. 611. seqq.  
n. 3. 4.) Vt videre est in Cluuerio German.  
2.) De quo disident Cluuerius in Antiq. Lib. I. Cap. VIII. Falken-  
steinus in Antiq. et Memorab. Nordgau. steinus Tom. I. Cap. III. §. III. p. 28. et Ver-  
ter. Tom. I. Cap. III. §. III. p. 28. seqq. tero ad illa Taciti.  
Conringius ab Ancherfenio de Valle 5.) Eiusdem Cornelii n. I. citati.  
Herthæ Part. I. Cap. V. §. LI. p. 154. 6.) Ceterum iam obseruatum fuit Kirch-  
in ius vocatus. sed et ipse Ancherfenius maiero, Dithmaro, Vettero ad Tac.  
§. L. seqq. ab aliis disidet. Germ. Cap. II. n. 3. Cluuerio Lib. I.  
3.) In quo defudarunt prae ceteris Cap. VIII. Falkensteinio §. III. p. 32.  
Falkius in Cod. Tradit. Corbei. Part. XV. §. II. 1.) Vt Bocharto in Chanaan  
§. 456. sub (I) p. 697. Pl. R. Schumacher Lib. I. Cap. XXXII.  
de Orig. et Hist. Teuton. Sect. III. §. XXX. seqq. p. 47. seqq. et, qui omni-  
bus palmam praeripuit, S. R. Harenber- 2.) De cuius cultu Ill. Boehme plura  
gius in Origin. Voc. *Θεός* et Deus, nec in binis exercitationibus de *Iside* Sueuis  
non *Tuisconis* et *Teutschen*, quæ Misc- olim culta, quæ demum prelo fuere sub-  
cell. Lips. Nov. Vol. VIII. Part. III. iectæ a Wegelino in Thes. Res. Sueuic.  
Vol. I. p. 494. seqq.



*sacrificasse*; 3.) istis quoque Aegyptiorum, 4.) quorum illa est, 5.) fuerit *Menas* 6.) vnus idemque cum *Mano*.

§. III.

Hunc autem indigenam crediderim minimeque aliarum gentium. Quid enim vel adhuc in vulgi ore frequentius, quam *man*, si significandus auctor alicuius rei? 1.) Quisnam vero ille nisi *homo aliquis* 2.) nulla sexus, aetatis, ordinis et dignitatis habita ratione? 3.)

§. IIII.

Indicauerit tamen potius quemdam *ab excellenti virtute et robore iam corporis quam animi*, quae maior esse solet in *virili* quam in *muliebri* sexu. 1.)

§. V.

Immo potissimum reliquos *viros* siue *animi magnitudine* siue *manus promptitudine antecellentem*, 1.) truncato vel potius contracto vocabulo *magen*, *mogen*, *moegen*, vnde *vermoegen*. 2.)

\* 2

§. VI.

3.) Cuius sacri peregrini causam et originem non compererat Tacitus in German. Cap. VIII. n. 2.

4.) Quos coloniam misisse in priscam Germaniam, persuasum habet Schumacherus de Orig. et Hist. Teutonum Sect. VI. §. L. p. 69. et Sect. X. §. LXXVI. p. 103. seq. reuenerat Cellario de Init. Cult. German. §. XIII. seq. cui album adiecit calculum Ancherfenius Val. Herthae Part. I. Cap. V. §. LXX.

5.) Docente van Bashufen binis Disputationibus de Iside magna Dearum Matre anno c1010cccxviii. Seruēstae habitis.

6.) Praeunte Bocharto n. r. nominato.

§. III. 1.) Si audieris vel Pl. R. Aichingerum §. 224. et Popouium Part. I. p. 206. seq. starum linguae Germanicae Grammaticarum,

2.) Cuius rationes reddere adnissus est Wachterus in Gl. Germ. v. *Man* Tom. II. p. 1033. seq. cui praenere Cluuerius in German. Antiq. Lib. I. Cap. VIII. Hagelgansius de Prisc. Germ. Act. p. 18. et Leibnitiuss ad Tac. Germ. Cap. II. n. 6. in Script. Rer. Brunsvic. Tom. I. p. 8. sub (c).

3.) Quod paullo ante laudatus Aichingerus bene, vt multa alia huius generis, animaduertit.

§. III. 1.) Qualis *vir* Wachteri Gl. Germ. p. 1034. seq. immo iam Cluuerii Lib. I. Cap. VIII. et Althameri ad Taciti Germ. Cap. III. n. 3.

§. V. 1.) Cuius causa adeas eundem Wachterum p. 1035.

2.) Quod manifestum habetur eidem Wachtero p. 1034. et Popouio de Mari Part. II. p. 30.

## S. VI.

Quae cum ita sint, quis mirabitur, maiores nostros *Manum* suum adeo in deliciis habuisse, 1.) ut eum iam audire paterentur hostibus suis infensissimis? 2.) Petatur enim *Germanorum* nomen, vndecumque libet; 3.) a me haud impetrabitur, quin ex *gera*, 4.) vnde Francogallis adhuc *guerre* superstes est, quod ex Teutonum *wer*, 5.) petam caput eorum adpellationis. 6.) Quo pacto non solum a *victis* 7.) sed et ab ipso *victore*, 8.) quicumque

1.) Cui iam Althamero ad Tacit. German. Cap. II. n. 6. observatum fuit aequae ac Willichio ad eundem.

2.) Cuius ratio constat eidem Althamero.

3.) Quae cuique libuerunt, in vna tabella exhibere Waldenfelsius in Sel. Antiq. Lib. VII. Cap. XIII. et Heisenius de Elog. Vet. German. atque inde Sodales Soc. Teuton. Lipsiens. in Anal. ad Critic. Hist. Lingu. Germ. Part. VIII. Obs. III. p. 636. item Peregrini Respondente Comite de Frank in Disf. de Orig. Germ. Part. I. Sect. II. §. 1. p. 24. seqq.

4.) Facem praeferebant Cluiterio in German. Antiq. Lib. I. Cap. VIII. et Lib. II. Cap. XX. Bocharto in Chanaan Lib. I. Cap. LXII. Spenero in Notit. German. Ant. Lib. III. Cap. III. sub (11) p. 130. Leibnitio ad Tacit. German. Cap. II. n. 6. in Script. Rer. Brunsvic. Tom. I. p. 9. sub (f), Hertio in Notit. Vet. Germ. Pop. Part. I. Cap. I. §. III. Lipsio ad Tac. Germ. Cap. II. n. 6. aliisque in istis Anal. Lips. n. 16. p. 638. iam nominatis, quibus suffragantur Mascovius in Hist. German. Lib. I. §. VI. Observ. 2. p. 7. Comes de Bunau in Germ. Imperat. et Imp. Hist. Tom. I. Lib. I. p. 9. Burggravius ad Conring. de Habitu Corp. German. Cauf. Proleg. a. 5. p. 16. Peregrini l. c. p. 25. seqq.

immo et Wachterus in Gl. German. Ton. I. p. 566.

5.) Duce illo linguae nostrae Aristarcho in Gl. German. Tom. I. p. 566.

6.) Quam ut repudiam, nondum a me impetrare potuit Junkerus in Geogr. Med. Aevi Part. II. Cap. I. p. 92. seqq. qui *Germanorum* nomen a Thuringorum *Gera* auspice Bruknero frustra arcescit Spenero in Notit. German. Antiq. Lib. III. Cap. III. §. VIII. p. 132. seq. et post ea Dithmaro ad Tac. German. Cap. II. n. 6. atque Peregrini l. c. p. 30.

7.) Quod cum vulgato *victore* commutandum esse, edixere Perizonius teste atque suffragatore Dithmaro ad Tacit. German. Cap. II. n. 6. atque de German. et Gall. Orig. Scyth. Disf. Part. II. Exerc. V. §. VIII. p. 463. item Mascovius in Hist. German. Lib. I. §. VI. n. 2. et Christianus in Orig. Langobard. p. 2.

8.) Quod non pro insulso habendum cum illo Christiano esse, adparebit, nisi mihi blandior, ex praefamine Catalogi Lect. Gymn. Cur. anni 1710 CCLXXII. Illud et iam utcumque defendi posse, agnoscit Gronovius ad illa Taciti, multa tamen *vidrice*, vitreferatur ad *nationem*. Cum vero huius lectionis nulla in Cornelianis libris vestigia, quanto minus audiendus iudice Kirchmaiero ad eundem locum Cluiterius Lib. II. Cap. XX

cumque sit, siue Romanus 9.) siue Tungrus, 10.) sane *ob metum* 11.) *Germani*, id est, *strenue militantes* 12.) dici potuere *a re ipsa* 13.) quidem, sed tamen *a se ipsis* 14.) *inuenio nomine*.

§. VII.

Certum est, *Manum* fuisse propagatum in nationibus illius gentis? 1.) Cui ignoti *MarcoMANNI*, 2.) *AleMANNI*, 3.) *CeneMANNI*? 4.) In quot nominibus virorum eum propriorum 5.) tum adpellatiuorum 6.) aequae ac locorum 7.) ille non viget?

§. VIII.

Hinc visum fuit multis recentiorum, 1.) reformare 2.)  
\* 3  
prisco-

*villeres* illi *a villis* praefigens, quem laudat Peregrini de Orig. Germ. p. 26, seq.

9.) Vt mihi quidem visum fuit.

10.) Vt Conringio et Kirchmaiero.

11.) Quas Corneliana egregie tuetur Leibnitius in Script. Rer. Brunsvic. Tom. I. p. 9.

12.) Quod agnouit idem ille Kirchmaierus.

13.) Quod legat Lipsius et explicuit Kirchmaierus.

14.) Quod tenacissime seruarunt omnes Corneliani librarii,

§. VII. 1.) Indicibus Clauerio Lib. I. Cap. VIII. Comite de Bunau l. c. Lib. III. §. III. sub a) p. 628, et Schumachero in Origin. Teuton. Sect. V. §. XXXX. p. 58.

2.) De quibus in Hermunduris meis Cap. III. Sect. I. Int. II. §. VI.

3.) De his ibidem §. XXII.

4.) Quorum loco vel ipsos *Germanos* libri minus accurati Litu, refragantibus et MSctis et editionibus melioribus, immo ipsarum natura, exhibent iuste notati a Schoepflino in Vind. Celtic. §. LI, quod Spenerus in Notit. Germ. Antiq. Lib. III. Cap. III. §. III. in 1) p. 128, non disimulauit.

5.) Qualia in aciem produxere Alt-

hamerus et Beutherus ad Tac. German. Cap. II. n. 3. item Clauerius Lib. II. Cap. XX. atque Falkius in Cod. Trad. Corbei. Part. XV. p. 456. in (1) p. 698. Falkensteinius in Antiq. et Memorab. Nordgau. Vet. Tom. I. Cap. III. §. III. p. 33.

6.) Quorum ingentem numerum dedit Frischius in Lex. Germanicolatino v. *Mann* Tom. I. p. 639.

7.) Quorum indicem composuit Schumacherus in Orig. Teuton. Sect. V. §. XXXI. p. 59.

§. VIII. 1.) In quibus Kranzius in Praefat. pr. Wandaliae suae, Ortelius in Thef. Geogr. v. *Hermundur*, Micraelius in Antiq. Pomeran. Lib. I. §. VIII. p. 7. Rothius de Chaucis Cap. III. §. V. in Anal. Brem. et Verdenf. Coll. I. p. 98. Knauthius ad Schneideri Saxon. Vet. p. 23. Schannatius in Hist. Episc. Wormar. Part. I. Cap. I. p. 1. Melstantes in Renou. Antiq. Castell. Montan. German. N. XXII. p. 283. Wideburgius de Pagis Vet. Misa. §. I. sub b) p. 186. seqq. Schumacherus in Origin. Teuton. Sect. V. §. XXXX. p. 58. immo et e Grammaticorum filii Schottelius de Lingua Germanica Lib. V. Tr. V. p. 1255. et, nescio

priscorum 3.) *HERMVNDVROS* in *HERMANDVROS*, utpote ex illo 4.) *Mano* ortos, 5.) quasi eorum conditor fuerit, nescio quis, *HERMAN*.

§. VIII.

Is vero condiderit illam gentem; nondum tamen eorum *HERMANDVROS* adoptauerim atque *HERMVNDVROS*, qui per decem et septem et, quod excurrit, secula ciuitate Romana gauisus fuere, aqua et igne vel ut interdixerim.

§. X.

Cui non dictus *Arminius*? Vnde vero hoc nomen? Non aliunde nisi ex *Herman*. 1.) Iam nomen suum traxerint nostri *HERMVNDVRI* ab *HERMANNO*; et tamen illa scriptura se se tueatur. Nam I paullo plenius crassiusue enunciantibus sonabat ut V. 2.) Hinc *BrVtiii* et *Bruttii*, *BrVndVsum* vnde recentiorum *Brndls*, *CINpea* et *CApea*, *SicVli* ab *Sicllia*, *DecVmates* a *Declmis*, *BrVno* et *Brvno*. Hinc familia ex *famVI*, facile ex *facVI*, *simlilis* ex *simVI*. Et cui non vnum idemque *maxlmus* et *maxVmus*, *optVmus* et *optlmus*, *reclperare* et *recVperare*, *satvra* et *satVra* et sexcenta alia? 3.) Immo *BrVteri* Teutonum natio et iam *Brleteri*. 4.)

quis, in Anal. Critic. ad Hist. Ling. Germ. Soc. Germ. Lipsienf. Part. XIII. p. 61.

2.) Quod carpit Hofmannus in Lex. Vniuersal. Historico-geographico-chronologicopoeiticophilologico Tom. I. p. 760. v. *Hermundari*, ut iam animaduertit Mullerus de Hermannis sub a).

3.) Quos de Cincianis Hermundulis scribens §. XV. n. 7. adreflatus sum.

4.) Supra §. I. memorato.

5.) Ex sententia paullo ante laudati Schumacheri.

§. X. 1.) Quod iam Lutherus de aliquot Nominibus Propriis Germanorum ad priscam Etymologiam restitutus pronunciauit.

2.) Quod docui de meis Hermun-

duris Cap. II. Sect. II. Int. II. Part. III. §. VI.

3.) Qualia indicauere Lipsius Antiq. Lect. Lib. III. Cap. XVIII. Bergerus de Autograph. Vet. §. VII. et in Cl. Martini Thes. Dissert. Tom. I. Part. II. p. 96. seq. Wetstenius pro Gr. Lingu. Gen. Pronunciati. Or. III. p. 70. seqq. Loefcherus in Litterat. Celt. Thes. XXXV. p. 97. Wesfelingius ad Anton. Itiner. p. 56. Eccardus in Praef. ad Leibnitii Etymol. p. 15. et de Apolline Granno Mogouno §. X. in Kuchenbeker Anal. Hasliac. Coll. III. Obs. XI. p. 235. atque de Orig. German. Lib. I. §. XXXX. p. 354.

4.) Sulpitii Seueri apud Gregorium Turonensem Lib. II. Cap. VIII.



In istis occupatae Curiani primae classis superuenit Colu-  
mellae genitale mundi tempus, quo

Mitior alterum Zephyri iam bruma teporem  
Senserat, et primi laxabant germina flores.

Quis enim nostrum non

Votis ominibusque et precibus vocat

SERENISSIMUM PRINCIPEM AC DOMINUM, DOMINUM  
CHRISTIANUM FRIDERICUM CAROLUM ALEXAN-  
DRUM?

Lucem redde tuae, DVX BONE, patriae,

Instar veris enim vultus ubi TVVS

Adfulsit populo; gratior it dies,

Et soles melius nitent.

Longas o! vtinam, DVX BONE, ferias

Praestes

nobis transmontanis, quibus inde redit vis Deo, qui haec  
otia fecit, grates agendi interprete IOANNE GEORGIO  
PAPSTIO Ludouicopolitano.

Quis vero ALEXANDRO nostro prius *maluit suam magni-  
tudinem rueri iustitia sine impotentia sine cupiditate*, qua  
re Tacitus Chauco praedicauit populum inter Germa-  
nos nobilissimum? Hoc OPTIMO PRINCIPI vindicabit  
IOANNES ERNESTVS HOFMANN Curienfis.

Ea enim est generosa indoles a Deo geniti, qualem celebrant  
prisci Germanorum carminibus suis *Tuissonem*, in quo versa-  
bitur oratio IOANNIS GEORGII KAPPII Conradsrutenfis.

Illi quidem omnes prodibunt patrio cultu, prior vorsa, reliqui  
prorsa; vtraque prodiit primum Latinorum deinde Teuto-  
num nuperrime tamquam singulare obseruans, quod sum-  
mum numen nobis prospexit ALEXANDRUM, qui in *tam  
numerosa Celsissimorum Brandenburgorum gente per tot secula in-  
auditus*, quo nomine PATRI patriae INDVLGENTISSIMO  
nullum gratius, atque inde votorum suorum captans materiam

FRI-

No 462 BK

FRIDERICVS GOTTLOB HASSIVS. Is Weida Saxonum cum patre Georgio Michaelae V. Praenobilissimo et Iuris scientia Consultissimo ob belli nuperi iniurias in patriam profugo commigravit Curiam, et simul cum duobus fratribus natu minor in eius athenaeum recipiebatur puer octennis. Per duodecim annos integros in disciplina nostra permansit omnium ordinum magistris carus, quo se dignum reddebat praeceteris anno MDCCCLXVIII. in primum ordinem cooptatus. Ei non calcar addendus, quippe quiviam, quam primum erat monstrata, ipse alacriter imibat, nec contentus exsequi, quae erant proposita, sed multo plura sua sponte praebebat, vario linguarum et stili genere, nunc exarando nunc colloquendo, volubiliter, siue inter commilitones solum, siue simul in consensu patrum conscriptorum, semel in Martinalibus anni paullo ante expressi carmine vernaculo *religionem in se spectatam, quae cognitionem cultumque diuini numinis doceat*, iterum duobus annis post oratione Germanica ex SERENISSIMI PRINCIPIS cum maxime nos regentis sapientissime VXORIS DVL-CISSIMAE FRIDERICAE CAROLINAE natali, quo Ioannes, cui cognomen Baptista, in hanc lucem creditur editus nactus occasionem AVGVSTIS fausta quaeque precandi. Quis igitur dignior beneficio Amthoriano, quo fruatur eius Collatorum singulari in nos et eos, quorum nomine rogamus, fauore Lipsiae, vnde olim Erlangam transibit in adsequenda diuinarum rerum noticia praecipuam positurus operam? Praematurato exitu e vita vtriusque parentis, ipsium ad modum diligentis et incendio praedioli nupero exfuturum hominum praesidiis fretus est diuinis, quae in dies magis magisque intelligit atque colit.



no



onum  
Iuris  
triam  
s fra-  
puer  
a no-  
uo fe  
inum  
de qui  
nibat,  
multo  
enere,  
inter  
con-  
presfi  
nitio-  
annis  
CIPIS  
DVL-  
quo  
editus  
candi.  
r eius  
e ro-  
bit in  
iturus  
ipsum  
xfutus  
magis

ULB Halle  
007 432 95X


3



VD 18







Farbkarte #13

B.I.G.



AVSPICE  
 NICE, SVMMO  
 PRO  
 RINCIPE, AC, DOMINO  
 MINO  
 O, FRIDERICO  
 ALEXANDRO  
 ENBVRGI, DVCE, PRV SSSIAE  
 RELIQVA  
 ENTISSIMO  
 MAIAS, CI<sup>o</sup>CCCLXXXIII  
 R, SACRVM, FACIENTIBVS  
 IN  
 TRIAE, OPTIMVM  
 Y, MERETVR  
 E, CORROGAT  
 NIEL, LONGOLIVS  
 SQVIRENS  
 VNDVRI, IN, HERMANDVROS

---

REGNITIANAE  
 NA, HETSCHELIANA

